



DISPUTATIO III.

DE COELO.



Uemadmodum nullum in vastis-
simo hoc mundi teatro reperi-
tur corpus, quod non immensam
Dei optimi maximi spiret poten-
tiam, inenarrabilem ejusdem pro-
bet sapientiam, admirabilem te-

stetur beneficentiam: ita nullum videre licet,
quod non singularem mereatur admirationem
& pensiculationem. Aranea vilissima est & o-
diosa omnibus, qui tamen ejus non miretur indo-
lem, vix reperias aliquem. Singula quippe stu-
pendis clarent ingeniis copora, & hoc his, illud
illis consideratu dignissimis excellit dotibus!

*Semper in creaturis invenies, quod mireris, &
unde delecteris. Bernhard. de inter. dom. c. 24.*

Omnibus tamen palmam præripit aureum stel-
larum domicilium coelum. Hujus enim natura,
ut omnium est excellentissima, ita contemplatu
& jucundissima & utilissima. Præsertim Eccle-
siæ ministro turpe est, singulis concionibus pro-
lixos de coelo instituere sermones, & tamen coeli
ignorare naturam. De hoc proinde astrorum

K

ha